Fragmentarium

enim tradidi vobis, ut quem-
admodum ego feci vobis,
ita et vos faciatis. *Vers.*
Gloria. Recto in unum iterum.
Offertorium. Dextera domini fe-
cit virtutem, dextera domini exal-
tavit me; non moriar sed vivam
et narrabo opera domini. *Secreta.*
Ipse tibi quesumus domine sancte
pater omnipotens eterne deus
sacrificium nostrum reddat
acceptum, qui discipu-
lis suis in sui commemoratione
hoc fieri hodierna tradi-
tione monstravit Iesus Christus
dominus noster. Qui tecum. *In*
Communicantes *infra actionem.*
Communicantes et diem sa-
cratissimum etc. *Item infra actionem.*
Hanc igitur oblationem
servitutis nostre sed et
cuncte familie tue quam
tibi offerimus ob diem
in qua dominus noster Iesus Christus
tradidit discipulis suis
corporis et sanguinis
sui misteria celebranda,
quesumus domine ut placatus
accipias. Diesque nostros.
intua parte disponas

Qui pridie *alia infra actionem.*
Qui pridie quam pro nostra om-
niumque salute pateretur, hoc
est hodie, accepit panem
in sanctas ac venerabiles
manus suas, et elevatis
oculis in celum. *Agnus
dei dicitur, pax non datur. Hodie
reservat sacerdos in loco ho-
nesto et convenienti unam
hostiam consecratam pro die
sequenti quo non conficit
vel etiam plures si necesse
fuerint pro infirmis. Sangui-
nem vero totum sumit.
Deinde fratres immediate co-
municant et postea comple-
tur missa. Communio.* Domi-
nus Iesus postquam cenavit cum disci-
pulis suis lavit pedes eorum et
ait illis: Scitis quid fecerim vo-
bis ego dominus et magister? Exempli
dedi vobis ut et vos ita facia-
tis. *Postcommunio.*
Refecti vitalibus ali-
mentis quesumus domine
deus noster, ut quod tempore nostre
mortalitatis exequimur, immortalitatis tue mu-
nere consequamur. Qui vivis.

License: cc-by – Bologna, Archivio Generale Arcivescovile, Bologna, Archivio Generale Arcivescovile, Raccolta Breventani, scansia H1, cart. I, 16, c. 1v – Missale (https://fragmentarium.ms/view/page/F-inz5/2322/35601)